

eos nihil est, neque longius anno remanere uno in loco colendi causa licet. Neque multum frumento, sed maximam partem lacte atque pecore vivunt multumque sunt in venationibus; quae res et cibi genere et cotidiana exercitatione et libertate vitae, cum a pueris nullo officio aut disciplina assuefacti nihil omnino contra voluntatem faciant, et vires alit et immani corporum magnitudine homines efficit. Atque in eam se consuetudinem adduxerunt, ut locis frigidissimis neque vestitus praeter pelles haberent quicquam, quarum propter exiguitatem magna est corporis pars aperta, et lavarentur in fluminibus.

Mercatoribus est aditus magis eo, ut, quae bello ceperint, quibus vendant, habeant, quam quo ullam rem ad se importari desiderent. Quin etiam iumentis, quibus maxime Galli delectantur quaeque impenso parant pretio, Germani importatis non utuntur, sed, quae sunt apud eos nata, parva atque deformia, haec cotidiana exercitatione, summi ut sint laboris, efficiunt. Equestribus proeliis saepe ex equis desiliunt ac pedibus proeliantur, equosque eodem remanere vestigio assuefecerunt, ad quos se celeriter, cum usus est, recipiunt; neque eorum moribus turpius quicquam aut inertius habetur

Besonderes und abgetheiltes Feld-eigentum gibt es bei ihnen nicht, auch darf man nicht länger als ein Jahr an einem Ort seines Anbaues wegen bleiben. Ihre Nahrung sind Feldfrüchte, größtenteils aber Milch und Fleisch von ihrem Vieh; eine Hauptbeschäftigung ist die Jagd — eine Lebensweise, die sowohl durch die Nahrungsmittel, als durch die täglichen Leibesübungen und das ungebundene Leben (dem von Kindheit an werden sie zu keiner Pflicht und Zucht angehalten und handeln durchaus nie gegen ihre Neigung) ihre Kräfte unterhält und ihren Körpern die ungemaine Größe gibt. Auch unter ihrem so kalten Himmelsstriche haben sie sich gewöhnt, keine andere Kleidung zu tragen als Felle, wegen deren Kürze der Körper doch größtenteils unbedeckt bleibt; dazu baden sie in Flüssen.

Handelsleuten steht ihr Land offen, aber nicht sowohl um etwas einzulaufen, als vielmehr um die gemachte Kriegsbeute an sie abzugeben. Nicht einmal ausländische Pferde, die man in Gallien so gern hat und mit großen Kosten anschafft, brauchen die Germanen, sondern ihre einheimischen, die, obgleich schlecht gebaut und ungestaltet, durch tägliche Übungen äußerst ausdauernd werden. In den Reitergefechten springen sie oft vom Pferde und fechten zu Fuß. Die Pferde werden abgerichtet, unterdessen nicht von der Stelle zu gehen, und erfordern es die Umstände, so laufen ihre Reiter eisend zu ihnen zurück. Nach